



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XVII. Rota fortunæ. Peculiares serui & ancillæ. Tunicæ laxæ. Tibullus
illustratus locis aliquot.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

CAPVT XVII.

Rota fortune. Pecunares serui & ancille. Tunica laxa. bellus illustratus locis aliquot.

VERVS verbum est, dies diem docet: ita in huiusmodi scriptor scriptorem explicat. Id adeo in meum tem mihi venit à Tibulli versu lib. 1. Eleg. v.

At tu qui potior nunc es, mea furta cauet.

Versatur deleri fors leuis orbe cito.

Ita è suis excerptis vir doctissimus emédar. Sed haud dubio è glossante irrepsit illud, *cito*: & vera antiquior lectio est, *Orbe rota*. De eadem fortunæ rota Martialis in Pisonem: *Cum collega tui domus cymbalis & ceteris tu personaret, in quo ne tum quidem, cum illum summi fortissimorum versaret orbem, fortuna rotam pertimescebat.* Ita que etiam apud Plautum Truculentum.

Verterunt sese memoria, stultus qui id admiratur. reponendū arbitror, quod in suis mss. repperit Lambinus, sed quid eo faceret non vidit. *Vertit sese vicissim, stultus qui id admiratur.*

Suprà lib. 1. Elegia III.

At circa grauibus pensis affixa puella

Paullatim somno fessa remittat opus.

Vt adolescentulis seruuli custodes dabantur: ita puellis seruulæ, quæ in lanificio vnà essent, eas sedarentur & curarent: ij eaque, vt Iurisconsulti loquuntur, peculiares illis plerumque erant, hoc est in peculio Captiuus:

Vendiditque patri meo te sex minis. is te mihi

Paruulum peculiarem paruulo puero dedit. Persia:

Sophoclidisca hæc peculiaris est eius Quid ego missus sum. Et verò quæ curabant puellam aut in lanificio vnà erant seruulæ, Latine circa illam esse dicuntur. Exemplum

Ant. M.
Varia Le.
LIII
28

exemplum hinc in Tibullo habes & Terentij Eunucho.
Abducit secū ancillas: pauca quæ circum illā essent manent
Noniæ puella.

Lib. 1. Elegia v. 1.

Tunc procul abstitis, quisquis colit arte capillos
Effluit effuso cui toga lapsa sinu.
Pœtice mutauit acutissimus Scaliger, cui hoc Gratia-
rum pœticarum sodalitiū aternūm debebit, laxa-
coque emendationi fulcienda locus vnicus est infra:

Nunc si clausa mea est si copia rara videndi

Me miserum, laxam quid iuuat esse togam.

Laxa toga & ad talos demissæ tunicæ probro erat,
argumenta libidinosi & mollis animi. Cicero In-
uocina secunda: Quos pexo capillo nitidos & imberbes
bene barbato videtis, manicatis ac talaribus tunicis, ve-
l amictos non togis. Plautus Pœnulo:

Sane genus hoc mulierosum est demissiciis tunicis.

CAPVT XIX.

Frater cibarius. Cibicida. Vnicus ferentarius. Varronis
fragmentum emaculatum & cum altero compositum.

Ex Varronis Satira *ὄν* & *ἀν* Nonius hæc addu-
cit in Verutum,

Acerbus, qui tibi nihil mali fecerunt verutis ob artem præ-
claram.

Vi quidem hæctenus leguntur, nulli rei; & non in-
tellecto murmure verius quàm aliqua, obscura sal-
tim, sententia. Vide tamen, si in his lucis quippiam
correctione nostra accesserit. Lego enim, ac ceruos q.
v. n. m. f. verutis. ob. a. p. Emendationi huic fundus
est locus alter ex eodem libro laudatus à Nonio in
Venabulum: Nempe suos syluaticos in montibus sectaris
vena-